

## Præfatio de Sacratissime Cordis Jesu

Vere dignum et iustum est, æquum et salutære, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui Unigénitum tuum, in Cruce pendéntem, láncea mílitis transfígi voluísti: ut apértum Cor, divínæ largitátis sacrárium, torréntes nobis fúnderet miseratiónis et grátia: et, quod amóre nostri flagráre numquam déstitit, piis esset réquies et poeniténtibus pater et salútis refúgium. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni mílítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes: Sanctus.

### Communio

Unus mílitem láncea latus eius apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. (Iohn 19:34)

### Postcommunio

Praebeant nobis, Dómine Iesu, divínium tua sancta fervórem: quo dulcíssimi Cordis tui suavitate percépta; discámus terréna despícere, et amáre coeléstia.

## ŠVČ. JĚZAUS ŠIRDIES PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagalys amžinasis Dieve. Tu panorėjai, jog tavą ant Kryžiaus kabantį Viengimį pervertų kario ietis, kad atverta Širdis – dieviškojo dosnumo šventovė – išlietų mums gailėstingumo ir malonės sroves ir toji Širdis, kuri mums meile liepsnoti niekada nepaliovė, pamaldiesiems būtų ramybė, o atgailaujantiems atvertų išganymo prieglobstį. Todėl ir mes su Angelais ir Arkangelais, su Kunigaikštystėmis ir Viešpatystėmis ir su visa dangiškąja kariauna garbės himną tau giedame, be paliovos tardami: Šventas.

### KOMUNIJA

Vienas kareivių ietimi jo šoną atvėrė, ir tuoj pat išbėgo kraujas ir vanduo. (Jn 19:34)

### POSTKOMUNIJA

Viešpatie Jėzau, tegu tavo šventieji slėpiniai suteikia mums dieviškąjį įkarštį, per kurį, saldųjį tavo Širdies maloningumą priėmę, mokytumės paniekinti tai, kas žemiška, ir mylėti tai, kas dangiška.



## Proprium Missæ

## Sanctissimi Cordis Domini Nostri Jesu Christi ŠVČ. JĚZAUS ŠIRDIS



### Introitus

Cogitationes Cordis eius in generatione et generationem: ut eruat a morte animas eorum et alat eos in fame.

Ps. Exultate, iusti, in Domino: rectos decet collaudatio. (Ps 32:11; 32:19, Ps 32:1)

### Collecta

Deus, qui nobis in Corde Filii tui, nostris vulnerato peccatis, infinitos dilectionis thesauros misericorditer largiri dignaris: concede, quaesumus; ut, illi devotum pietatis nostræ præstantes obsequium, dignæ quoque satisfactionis exhibeamus officium.

### Epistola

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephésios (Eph 3:8-19)

Fratres: Mihi, ómniū sanctórum mínimo, data est grátia hæc, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi, et illumináre omnes, quæ sit dispensátio sacraménti abscónditi a saeculis in Deo, qui ómnia creávit: ut innotéscat principátibus et

### INTROITAS

Jo širdies sumanymai tveria iš kartos į kartą: idant išplėštų iš mirties jų sielas, ir maitintų juos bado metu.

Ps. Džiūgaukite, teisieji, Viešpatyje; teisiesiems dera drauge Jį šlovinti. (Ps 32:11; 32:19, Ps 32:1)

### KOLEKTA

Dieve, kuris tavojo Sūnaus Širdyje, sužeistoje mūsų nuodėmių, gailėstingai teikeisi dosniai dovanoti begalinius meilės lobius, suteik, prašome, kad jam teikdami dievotą mūsų pamaldumo paklusnumą, tuo pačiu vykdytume jam vertai atlyginančią tarnystę.

### EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Efeziečiams (Ef 3:8-19)

Broliai, man, iš visų šventųjų mažiausiajam, atiteko malonė skelbti pagonims nesuvokiamus Kristaus turtus ir atskleisti visiems, kaip turi išsipildyti šita paslaptis, nuo amžių uždengta Dieve – visų dalykų Kūrėjuje, – kad dabar per Bažnyčią

potestátibus in coeléstibus per Ecclésiám multifórmis sapiéntia Dei, secúndum præfinitiónem sæculórum, quam fecit in Christo Iesu, Dómino nostro, in quo habémus fidúciam et accéssum in confidéntia per fidem eius. Huius rei grátia flecto génuá mea ad Patrem Dómini nostri Iesu Christi, ex quo omnis patérnitas in coelis ei in terra nominátur, ut det vobis, secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum eius in interiórem hómínem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritáte radicáti et fundáti, ut póssitis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

## Graduale

Dulcis et rectus Dóminus: propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

V. Díriget mansúetos in iudício, docébit mites vias suas. (Ps 24:8-9)

## Alleluía

Alleluia, alleluia.

Tóllite iugum meum super vos, et díscite a me, quia mitis sum et húmilis Corde, et inveniétis réquiem animábus vestris. Alleluía. (Math 11:29)

taptų žinoma kunigaikštystėms ir valdžioms danguje daugeriopa Dievo išmintis. Tai atitinka amžinąjį nutarimą, įvykdytą mūsų Viešpatyje Kristuje Jėzuje. Jį tikėdami, mes drąsiai ir su pasitikėjimu einame prie Tėvo. Dėl to aš klaupiuosi prieš Tėvą, nuo kurio kiekviena tėvystė danguje ir žemėje turi vardą, kad iš savo šlovės turtų suteiktų jums stiprybės jo Dvasios galia tapti tvirtais vidiniais žmonėmis, kad Kristus per tikėjimą gyventų jūsų širdyse ir jūs, įsiskanię ir įsitvirtinę meilėje, galėtumėte suvokti kartu su visais šventaisiais, koks yra plotis ir ilgis, ir aukštis, ir gylis, ir pažinti Kristaus meilę, kuri pranoksta bet kokį žinojimą, kad būtumėte pripildyti visos Dievo pilnybės.

## GRADUALAS

Saldus ir teisus yra Viešpats, dėl to davė įstatymą išklystantiems iš kelio.

V. Nukreips nuolankiuosius savo teisiu sprendimu; mokys romiuosius eiti Jo keliais. (Ps 24:8-9)

## ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Imkite manąjį jungą ant savęs ir mokykitės iš manęs, kadangi esu romus ir nusižeminęs Širdimi, ir atrasite atilsį savo sieloms. Aleliuja. (Mt 11:29)

## Evangelium

*Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem (Iohn 19:31-37)*

**In illo témpore: Iudaei - quóniam Parascéve erat, - ut non remanérent in cruce córpora sábbato - erat enim magnus dies ille sábbati, - rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura et alterius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Iesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum iam mórtuum, non fregérunt eius crura, sed unus mílitum láncea latus eius apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium eius. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et íterum alia Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.**

## Offertorium

**Impropérium exspectávi Cor meum et misériam: et sustínui, qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni. (Ps 68:21)**

## Secreta

**Réspice, quaesumus, Dómine, ad ineffábilem Cordis dilécti Fílii tui caritátem: ut quod offérimus sit tibi munus accéptum et nostrórum expiátio delictórum.**

## EVANGELIJA

*Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys (Jn 19:31-37)*

Anuo metu: kadangi buvo Prisirengimo diena ir žydai nenorėjo, kad kūnai liktų ant kryžiaus per šabą, – nes tas šabas buvo didelės šventės diena, – jie prašė Pilotą, kad nukryžiuotiesiems būtų sulaužyti blauzdikauliai ir kūnai nuimti. Tad atėjo kareiviai ir sulaužė blauzdas vienam ir antram, kurie buvo su juo nukryžiuoti. Priėję prie Jėzaus ir pamatę, kad jis jau miręs, jie nebelaužė jam blauzdų, tik vienas kareivis ietimi perdūrė jam šoną, ir tuojau ištekėjo kraujo ir vandens. Regėjęs tai paliudijo, ir jo liudijimas teisingas; jis žino sakęs tiesą, kad ir jūs tikėtumėte. Taip įvyko, kad išsipildytų Raštas: Nė vienas jo kaulas nebus sulaužytas. Vėl kitoje vietoje Raštas sako: Jie žiūrės į tą, kurį perdūrė.

## OFERTORIUMAS

Neteisingumo ir vargo laukė manoji Širdis, ir ieškojau, kas kartu su manimi liudėtų, ir tokio nebuvo; ieškojau, kas mane paguostų, ir nesuradau. (Ps 68:21)

## SEKRETA

Prašome, Viešpatie: pažvelk į neapsakomą Tavo mylimojo Sūnaus Širdies meilę, kad tai, ką aukojame, būtų tau priimtina dovana ir mūsų nusižengimų išpirkimas.